

pigri; idem etiam *apud Athenienses in Martis Curia*²⁹⁾ *disputans Arati poete*³⁰⁾ testimonio utitur de Deo dicentis: *Ipsius*³¹⁾ *igitur*^{u)} *et genus sumus*. Hinc etiam beatus Ieronimus cuidam huiusmodi calumpniatori suo videlicet Magno, oratori Romano, per epistolam sic respondet: *Queris, ait, cur in opusculis nostris secularium litterarum interdum exempla ponamus, candoremque*^{v)} *Ecclesie*^{v)} *ethnorum sordibus polluamus*. *Responsum breviter habeto: Numquam hoc quereris, nisi te totum Tullius*³²⁾ *possideret, si Scripturas Sanctas legeres, ut earum interpretes, omisso*^{w)} *Volcatio*^{w.x.33)}, *evolueres*. Nam *et in Moyse et in Prophetarum voluminibus et Epistolis Pauli quedam de libris gentilium assumpta sunt: In Deuteronomio*³⁴⁾ *quoque Domini voce precipitur, mulieris captive radendum caput et supercilia omnesque pilos et unguis corporis amputandos et sic eam habendam coniugio*. *Quid ergo mirum, si ego*^{y)} *etiam*^{y)} *sapientiam secularem propter eloquii venustatem et membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitam*^{z)} *facere cupio*. *Etsi quid in ea mortiferum*^{aa)} *est ydolatrie vel voluptatis et erroris libidinum, vel precido*^{bb)} *vel rado, mixtusque purissimo corpori immaculatos*^{cc)} *Domino Sabaoth filios*^{dd)} *ex ea genero*. Hec^{ee)} Ieronimus.

Et ego quidem non ignoro philosophos inter se multa dixisse contraria, maximeque de rerum natura³⁵⁾, verbi gratia, aerem quidam nature calide esse posuerunt, ut Aristoteles^{ff)} et Avicenna^{gg.36)}, quidam

u) enim DR v-v) et Ecclesie candorem D w-w) emissio
 Vulcatio N₃ x) Vulcatio H₂H₃H₄D; Multatio H₄ y-y) et
 ego D z) Israelitem ND aa) mortuum D bb) precido
 H₁N₁D₁; prescindo H₂H₄H₅ cc) vernaculos D dd) fehlt D
 ee) fehlt N₃ ff) Aristoteles H₃ND₂ gg) Avicenna H₁H₃ND₁

²⁹⁾ Aeropag.

³⁰⁾ Phainomena, Prolog 5.

³¹⁾ Act. 17, 28.

³²⁾ M. Tullius Cicero.

³³⁾ Dieser Volcatius ist nur aus Hieronymus' Schriften bekannt. Es handelt sich um einen Cicero-Kommentator des 2./3. Jh., vgl. dazu Wladislaw Strzelecki, in: Pauly-Wissowa, Realencyklopädie der klass. Altertumswiss. 9 A (1961) Sp. 758 Nr. 11.

³⁴⁾ Vgl. Deut. 21, 11ff.

³⁵⁾ Die direkte Vorlage für die hier angeführten Widersprüche bei heidnischen Naturforschern war nicht zu ermitteln. Wilfried Hartmann wies die Verfasserin aber dankenswerterweise auf zahlreiche verwandte Zeugnisse bei Laktanz, Hilarius, Augustin, Haimo von Auxerre und Abailard hin, die er für seine Ausgabe des Manegold von Lautenbach, Liber contra Wolfelmum, MG Quellen z. Geistesgesch. des MA 8 (1972) heranzog, vgl. Einzelbelege ebd. c. 3 Anm. 2; c. 8 Anm. 8; c. 9 Anm. 4; c. 22 Anm. 28.

³⁶⁾ Avicenna nach Aristoteles z. B. in Avicenna latinus, Liber de anima II, 3 und V, 7, ed. S. van Riet (1972 und 1968) S. 132 bzw. S. 172.